



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 134. Cardinalis Cusani Scripta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Latinorum & Græcorum Codicum Bi-
bliotheca adauxit.

Sæcul. XV.
A.C. 1464.

§. CXXXIV.

Cardinalis Cusani Scripta.

Cuncta ejus Scripta Anno millesimo
quiagentesimo sexagesimo quinto ty-
pis Basileæ impressa & tribus voluminibus
hoc ordine digesta habentur. Comple-
ctitur tomus primus tractatus Theologi-
cos de mysteriis, in quibus tamen anti-
quæ Metaphysices principia passim elu-
cent. Habentur præterea tres libri *de docta
Ignorantia* cum apologia ejusdem operis,
duo libri *de conjecturis*, tractatus *de Filia-
tione Dei*, dialogus *de Genesi*, & *de Sa-
pientia*, tractatus *de visione Dei*, *de ludo
globi* libri duo, & dialogus *de Deo abscon-
dito*. Tomus secundus centinet exerci-
tationes, tres libros *de Concordia Catho-
lica*, Epistolas ad Bohemos, ac nonnullos
alios controversiarum tractatus, in quibus
eorum argumenta Theologica pertractat;
inter hos præcipue numeratur tractatus
de Alcorano, quem inscripsit: *cribratio-
nem Alcorani*, præter alium cui titulus:
conjecturæ de novissimo die. Tomus ter-
tius comprehendit Opera Mathematica,
Geometrica, & Astronomica. Usus est
Cusanus scribendi methodo tersa ac flui-
da sine omni fuso, aut affectata oratio-

M 2

nis

Sæcul. XV. nis venustate. Erat orientalium lingua-
A.C. 1464. rum peritia, historicarum rerum eruditio-
ne, & acerrimi judicij præstantia longe
celeberrimus. Id unice eidem vitio ver-
titur, quod in pluribus suis scriptis plus
æquo metaphysicis abstractionibus indulserit.

§. CXXXV.

*Guilielmi de Vorilongo, & Theodori
Lælii obitus.*

Ad hunc annum refertur etiam aliorum
duorum Auctorum obitus, Guilielmi
de Vorilongo, & Theodori Lælii. Ho-
rum primus natione Flander, ac Ordinis
FF. Minorum Alumnus erat, atque
a summo Pontifice Pio II. Ròmam vo-
cabatur, ut celebrem illam Franciscano-
rum quæstionem de *Sanguine Christi sepa-*

*Vide supra
S. LXVIII.*

rato agitaret. Ibidem vivis eruptus, po-
steris reliquit commentarium in quatuor
libros sententiarum, & Synopsin quæ-
tionum Theologicarum, quam inscripsit:

Supr. i. CXI *vade mecum.* Alter erat Episcopus Fel-
S. CLI. & triensis, qui Cardinalis nominatus obiit.
seq.

Ex ejus libris ad nos nil aliud pervenit,
quam summis curis limata refutatio ap-
pellationis Gregorii de Heimburg, &
habetur in collectione librorum, quos
idem Auctor de excommunicatione in
Sigismundum Austriæ Ducem & præfa-
tum Gregorium a Pio II. lata, edidit, ac

Franco-